Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31270
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



In illo tempore dixit dominus iesus discipulis suis. Secundum Math.
Attendite a falsis prophetis qui venerunt ad vos
in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi
rapaces. Cetera. Arbor et ipsa Sermo dominicus epi.
anima id est ipse homo fructus vero opera hominis. Non quod potest malus homo bona operari. neque
bonus mala. R/ Prebe filio tuo mi et oculi tui viam
meam custodiant ut addat gratiam capiti tuo. V/ Attende fili
mi sapientiae meae et ad eloquium meum inclina aurem tuam. Ve.a.
Malus quidem fuerit bene operari. prius bonus fiat.
Sic alio loco cuidentius dicit ipse dominus. aut
facite arborem bonam et fructus eius bonos aut facite
arborem malam et fructus eius malos. R/ Que sunt
in corde tuo oculi tui videant domine et in libro tuo omnia
scribentur homo videt dominus autem in corde. V/ Imperfectum meum
viderunt oculi tui et in libro tuo omnia scribentur. homo
Quod si duas naturas his duabus arboribus figu
rare non diceret facite. Quis enim hominum
potest facere naturam. Deinde etiam ibi cum ipsarum
duarum arborum intentionem fecisset subiecit. Hypo
crite quomodo potestis bona loqui cum sitis mali.
R/ Super salutem et omnem pulchritudinem dilexi sapientiam et
proposui pro luce habere illam venerunt mihi omnia bona pariter
cum illa. V/ Dixit sapientiae soror mea est et prudentiam vocavi ami
Quam diu quidquid malus est. cam meam. Venit
non potest facere furiatus bonos. Si enim bonos fruc
tus faceret iam malus non esset. Sic verissime dici
potest. non potest esse nix calida. Cum enim calida ce
ceperit non ea iam nivem. sed aquam vocamus. R/ Ne
derelinquas me domine pater et dominator vite mee ne in confusa